

capitolio dicaret, ut. M. Varro, alijsq; eiusdē  
ætatis auctores confirmant, multum præ-  
latam Scauri. Hoc exemplo Cæsar dictas  
tor sex dactylothecas in æde Veneris geni-  
tricis consecrauit. Marcellus octauia geni-  
tricis in palatina Apollinis æde unā. Victoria ta-  
men illa Pompeij primum ad margaritas  
gemmasq; mores inclinauit. Sicut. L. Scia-  
pionis & Cn. Manlij ad cælatum argentū  
& uestes attalicas, & triclinia ærata. Sicut.  
L. Mummijs ad corinthia & tabulas pictas.

¶ De gemmis translatis in triumpho  
Pompeij, & natura crystalli &  
medicinis, & luxuria circa  
eā, & quando primū  
inuenta myrrhi-  
na, et luxu-  
ria circa ea & natura myrrhino-  
rum, quæ mentiti sunt au-  
ctores de succino.

¶ Id uti planis noscat, uerba ex ipsis Pōpeij  
triūphorū actis subiiciā. Ergo tertio triūph.  
quem de pyratis, Asia, Ponto, gentibusq;  
& regibus in septimo operis huius uolumi-  
ne indicatis. M. Pisone. M. Messala consf.  
pridie calendas octobris, die natalis sui egit  
transulic